

996.

41

Cederstrom  
1823 U.S.  
(no. 9.)

C. Julii Caesaris vitae  
epitome.

C. Julius Caesar anno sexcentesimo  
quinquagesimo quarto a. u. c. (100 a. c.)  
ex patre C. Julio Caesare, praetore  
urbano, matreque Aurelia, sin-  
gularis exempli femina, natus est.  
Diligentissima educatione usus, sum-  
moque a natura ingenio donatus,  
mox animi altioris specimina mi-  
tisque virtutum, quibus postea ex-  
celleret, edidit. Quum deinde, juveni-  
tem aetatem adeptus, <sup>Corneliam</sup> Cinnae filiam,  
uxorem duxisset, Sulla sibi indigna-  
tionem movit, qui multos Caesari  
Marios inesse <sup>esse</sup> profitebatur. Romam igitur,  
intra Sullanarum partium victus,

relinquere statuit, primaque stipendia  
in Asia fecit, ubi in expugnatione  
Milyenarum, nondum viginti duos  
annos natus, fortissimum se praebuit  
iustamque M. Themi praetoris sibi  
laudem meruit. Tum a rebus mi-  
litaribus aliquandiu recessit, eo con-  
silio, ut Rhodi, Apollonio thetore  
duce, eloquentiae forensi operam  
navaret. Unde in urbem denuo  
profectus, populo largitionibus. comi-  
sateque sibi conciliato, tribunus  
militum, mox quaestor, aedilis curulis,  
pontifex maximus factus, amplioribus  
etiam rebus fludebat. Probabile enim  
videtur, eum post praeturam ade-  
ptam socium fuisse occultum con-  
juracionis Calilianae, quo tamen  
periculo rempublicam Ciceronis pru-  
dentia liberatam esse constat.

43  
Brevis tempore interjecto, praetor  
Hispaniae ulterioris creatus, bellum  
ibi feliciter contra barbaras gentes  
gessit magnamque pecuniam, qua in-  
genio aeris alieni pondus, quo preme-  
batur, solvere poterat, sibi comparavit.  
Jam, ut consulatum adipisceretur,  
Pompejum et Crassum, quorum inimi-  
citia in duas partes respublica distra-  
hibatur, inter se conciliare cupiebat.  
Qua se impetrata, societatis foedus  
cum his viris inivit, quod ludibrium  
causa triumviratus appellabatur, quo  
vero foedere primum efficiebatur id,  
ut Caesar in proximum annum con-  
sulatum <sup>consequeretur</sup> acciperet. Populi benevolen-  
tiam, magistratu illo fungens, sibi  
auxit, lege prolata de agris quibus-  
dam inter mopes cives dividendis;

equites vero sibi propensos fecit, quum  
a tercia vertigalium parte eos li-  
beraret. Frustra igitur optimalium  
principes, Cicero et Cato, triumviros  
infecto animo invadere fuit conati,  
quorum odium tantummodo sermoni-  
bus suis sibi comparabant. - Confa-  
lata finito, Caesar in utriusque Gal-  
liae provincias proconsul profectus  
est, ubi suscepta per octo annos  
bella et majorem ipsi parabant  
gloriam, et Romanos noliores po-  
pulis exteris reddebant. Sed lon-  
gum est, praecelara ejus facinora,  
quae bello Gallico edidit atque ipse  
suis in commentariis suis de-  
scripsit, enarrare. Fortasse tamen  
memoratu dignum videtur, cum  
duas e Gallia excursiones, unam

44  
in Germaniam, alteram in ~~Britan-~~  
Britanniam fecisse atque his  
quoque regionibus Romani nomi-  
nis famam attulisse.

Triumviratu interea Luccae  
renovato, Crassus quidem in  
Mesopotamia, provincia sua, mor-  
te oppressus est, Pompeji vero  
auctoritas ad summum fasti-  
gium in urbe pervenit. Sed  
haud ita multo post Pompejus  
et Caesar infecto inter se dissi-  
dere animo coeperunt, quum  
ille ampliora focii consilia ani-  
madvertens a partibus ejus se  
retraxisset. Pompejus enim, Caesari  
gloriae invidens, malis artibus  
eum senatui populoque suspectum  
reddere conatus est, senatusque con-

Nulli auctor fuit, ut Caesar, copias  
dimissis, imperio abdicaret. Qui,  
postquam declaravit, se hoc facturum,  
si Pompejus pari modo dignita-  
tem suam deposuisset; tum a sena-  
tu, nisi constituto quadam tempore  
ab armis recederet, hostis patriae ap-  
pellatus est. Inde bellum civile  
ortum. Caesar enim, castris e Gallia  
cisalpina promotis Rubiconem  
flumen transgressus, maxima cele-  
ritate dimidiam Italiae partem  
potestati suae subiecit. Tum de-  
monum Pompejus, quantum spes  
ipsum fessisset, seclens, celerrime  
quam poterat, ex urbe Brundisi-  
um, inde in Epirum se contulit, ubi  
(quod firmum sibi propositum erat)  
Caesari appropinquanti resisteret.

45  
Qui, eadem felicitate, ut antea Italia  
probitus erat, Hispania, Pompeji pro-  
vincia, ditiori suae subiecta Massi-  
liaeque expugnata, Romam revertit  
ad dignitatem Dictatoriam, qua brevis-  
simum quidem tempus fungebatur, con-  
sulatumque in sequentem annum  
adipiscendum. Celeriter deinde ad  
Illyriae litora properavit, ubi  
Pompejus ingentem contaxerat  
exercitum, quem continuo in  
ociem duxit. Primum quidem  
Caesar cladem aliquam acce-  
pit; tum vero, postquam Pompejus  
reconciliatam gratiam sibi obla-  
tam repudiavit, e proelio apud  
Pharsalum clarissimam reportavit  
victoriam, ita ut Pompejus,  
sui jam non compos, in Ae-

gyptum confugeret, ubi, priusquam  
quam adversarius eum consequeretur,  
mortem oppetuit. In Aegyptu  
Caesar Cleopatrae <sup>illecebris</sup> gratias  
aliquandiu certaminis de orbis  
terrarum imperio immemor factus  
belloque Alexandrino implicatus,  
inde victor quidem discessit,  
sed magna tamen, quae vitare  
poterat, pericula subit. Deinde  
in Asiam minorem contra  
Pharnacem, Bospori regem, Mithridatis  
filium, profectus, copias  
illius, maximo metu perterritas,  
tam facili negotio superavit, ut,  
bello feliciter eodem fere tempore,  
quo inceperat, composito, sola  
haec verba senatus scriberet:

46  
Veni, vidi, vici! — Quo facto, in  
urbem revertens maximo populi  
senatusque gaudio receptus est, qui  
eum in quinquennium consullem,  
dictatorem in unum annum, tribu-  
num plebis perpetuum nomi-  
narant. Jam nullis fere legibus  
circumscriptus, imperium exercuit;  
sed quem moderato animo magna-  
que prudentia summam rerum  
praecessit, omnium sibi laudem  
gratiamque civium meruit. Mox  
tamen nova seditione orta, in  
Africam vocatus est, quo magna  
pars Pompejanorum cum exercitu  
in Epiri litore collecto, duce  
Catone, navibus trajecerat. Caesar  
vero post varios belli casus tan-  
dem ex atrocissimo apud Thapsum  
proelio victor abiit. Atque haec

clade ita omnis Pompejanorum spes  
delela est, ut Cato, jam proorsus rebus  
suis diffidens, sibi ipse mortem con-  
fisceret. Caesar deinde, Maurita-  
nia Numidiaque in provinciarum  
formam redactis, postquam Cartha-  
ginem et Corinthum denuo extrui  
iussit, Romam, ubi amplissimi eum  
honores manebant, revertit. Dictator  
enim in decem annos creatus ac  
paene divinis honoribus affectus,  
quatuor uno mense excellentissimos  
triumphos egit. Tum ad ordinan-  
dam reipublicae statum conversus,  
plures leges optimas protulit,  
prave quaedam instituta abolevit,  
fastos correxit doctosque viros e  
Graecia Alexandriaque arcessit,  
ad litteras Romanorum augen-  
das. - Quum interea, filio

47  
Pompeji Ducibus, adversarii ad ultimas  
vires tentandas de integro in Hispa-  
nia exsurrexissent, Caesar ipse ad eos  
opprimendos ex urbe profectus est.  
Difficillimo hoc bello sedato, post  
ultimum in urbem reditum dicta-  
tor perpetuus nominatus dignita-  
teque imperatoria ornatus, numi-  
minis instar a populo colebatur.  
Quum eadem jam superbius et im-  
moderatus factus, minorem, quam  
debebat, senatui honorem tribueret  
regiamque dignitatem affectaret,  
nobiles quidam insensu conspira-  
tionem in illum, Bruto et  
Cassio Ducibus, comparavere, a  
quibus denique quingentesimo sexto  
aetatis anno (44 a. C.) idibus  
Martius in senatu viginti tribus

vulneribus occisus est. — Ita virum  
summum, dum majora etiam confi-  
lia agebat, mors matura praeverit.  
Neque tamen fortuna ejus dolenda  
videtur, cui vivo omnia fere pro-  
spere processerant atque in medio  
praeclearorum facinorum cursu, pri-  
usquam gloriae suae superstes esset,  
vitae finis constitutus est, cujus  
vero desiderium, saepius postea Im-  
peratorum temporibus renovatum,  
apud optimos Romanorum re-  
mansit.

---

